

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Accidia b  
cum fontibus primis

Accidia est animi quidam  
langor cum

Turbatur aliquis vehementer, seu  
corporali quovis incommodo, seu  
tribulatione aliqua saeculari, seu  
acedia spiritus et quadam animi  
defectione languescens?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones  
super Psalmum "Qui habitat"*, 12.9  
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.  
Rochais eds., p.462, ll.26-28).

legere non libet, orare non delectat,  
meditationes sollicite non sentiuntur.

Bernardus in epistolis.

Cantare non libet; orare non delectat:  
meditationes sanctas non invenio: tanta  
est sterilitas animae meae, et devotionis  
inopia quam patior.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,  
*Tractatus de interiori domo*, 20 (PL 184,  
col.528B).